

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Thomæ Goodwini Moses & Aaron Seu Civiles & Ecclesiastici Ritus Antiquorum Hebræorum

Godwin, Thomas

Bremæ, MDCCX

VD18 12442798

Cap. VI. De Astharoth, Ammonia Junone, Regina coeli, & Diana Ephesina.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18703

VIII. Postea *Jerobeam* ejusdem iniquitatis auctor fuit, licet aliam ob rationem;olvebat enim animo suo, fore, si populus ascendat Hierosolymam Sacra facturus in domo *Jehovæ*, ut desciscat, & redeat ad pristinum dominum Regem *Jehudæ*. Quapropter fecit duos vitulos aureos, posuitque alterum *Bethele*, alterum *Dane*, dicens: רַב לָכֶם מַעֲרֹת יְרוּשָׁלַיִם *nimum est vobis ascendere Hierosolymam.* 1. Reg. XII. 26. 28.

CAP. VI.

De *Astharoth*, *Ammonia Junone*, *Regina cæli*, & *Diana Ephesina*.

I. Qualemadmodam *Sol* sub variis nominibus adoratus est, ita & *Luna*. עֲשֵׁתֵרֶת *Astharoth* erat idolum, præprimis *Sidoniorum*. 1. Reg. XI. 5. 2. Reg. XXIII. 13. Habuit suum templum dictum בֵּית עֲשֵׁתֵרֶת *Domus Astharoth*, in quo

vit, ut *Israelitæ* transgressores biberent iniquitatem manuum suarum, quo ipso testarentur se meritos esse, ut illa execratio descenderet in omnia ipsorum vitalia. Nugæ sunt *Rabbinorum*, qui putant id factum, ut signo aliquo frons eorum, qui se illâ idololatriâ contaminaverant, notaretur. *Scholastici* quidam barbas reorum rutilasse scobe aureâ dicunt:

Hebræi tradunt Mosem fecisse quod audis,
Ut sciret solos hâc ratione reos.
Nam rutilans auro monstrabat barba nocentes,
Dum patulo latices fluminis ore bibunt.

quo suspenderunt arma Saulis Philistæi. 1. Sam. XXXI. 10. Horum anathematum oblationem primò didicerant ab Israëlitis. Num. VII. 1. Sam. XXI.

II. Lunam sub hoc nomine adoratam fuisse probatione non indiget. Ἀστάρτην δ' ἐγὼ δοκέω σεληνιαίων εἶμεναι. Astartem autem ego opinor Lunam esse. Lucian. de Dea Syria; nisi quòd quidam asserant Astartem esse Junonem. August. super Jud. q. XVI. Sed & Junonem sæpe pro Luna habitam fuisse, vix negari potest.

III. Luna & Juno sæpè vocantur eodem nomine, Urania. Nam Astarte Urania idem omninò valet apud Phœnicas, quod Juno Lucina apud Latinos. Deducitur Urania ab Hebr. אור Lux, ן in fine adjecto, aut per se solum, aut cum ך quod passim fit à Syris, quasi אורן vel אורני Lucidus aut Lucinus, in Fœminino verò אורנית Lucida aut Lucina; hincque Græci suum ἀστὴρὸν cœlum lucidum mutuati sunt. Ac quemadmodum Luna respectu sui luminis vocatur Urania, ita respectu minorum syderum cœli vocatur (†) Astharoth, Ἀσποάρα, ἡ δὲ τὴν τῶν ἀστῶν ἀρχὴν ab imperio, quod

Bb in

(†) Multi, præsertim Græci, qui semper fuerunt, pictores, & poëtæ & fictores Deorum mendaces, in deducendo hujus Dææ nomine ineptierunt. Athenæus Deipnos. l. 8. Gatid Reginam quandam fingit, quæ edictum promulgavit, ne quis ἀπὸ γάδος h. e. præter Gatidem pisces ederet, inde prodiisse nomen Atergatis. Vide Owen. ic. lib.

in astra exercet. Vid. Herod. lib. 5. Regina planetarum, vel, quemadmodum Horatius Epod. carm. seculari ait de Luna, Syderum Regina, vel, uti Virgilius loquitur de Junone, *Aeneid.* I. vers. 50. *Ast ego, quæ Divisum incedo Regina;* verisimile videtur, quòd hæc sit מלכרת השמים Regina cæli, de qua fatur Propheta Jer. VII. 18. XIV. 17.

IV. Deinde cui gentes vetustæ videri possint exhibuisse solennem cultum istum, quo functi sunt singulis Calendis, nisi Luna? & tamen iste cultus tribuitur Junoni, unde ea dicitur *Juno Calendaris.* Macrob. Sat. I. 1. cap. 15.

V. Tandem, quemadmodum Jupiter Ammon non alius fuit quàm Sol, qui colebatur sub forma arietis. Idem Sat. I. l. c. 21. Sic, quantum video, Luna dicta est *Juno Ammonia*, Cæli. Rhodig. l. 18. cap. 38. & culta sub forma ovis. Scio, quòd Hebræorum Magistri scribant, simulacrum *Astharoth* fuisse

lib. IV. Cap. 8. Verisimillimum est, id idoli nomen derivari à Lucis, in quibus colebatur ista Dea, אֲשֶׁרֹת dictis. Uti pluribus postea docebitur. Certè LXX. locum I. Sam. VII. 4. וַיִּסְרוּ הַפְּעֻלִים וְאֵת-הָעֲשֶׂתָרוֹת Et summovertunt Baalim & Astharoth; ita transferunt, ἡ μεταίλον τῶν βααλῶν καὶ τῆ ἀλση Ἀστάρωθ, & saltus Astaroth. Rursus 2. Chron. XV. 16. Et removit Rex Assa matrem ne esset Domina (& haberet autoritatem) quòd fecerat אֲשֶׁרֹת מפלצת in saltu terriculamentum, seu horrorem inducens idolum. LXX. vertunt ita; καὶ μετέστησεν τὴν μητέρα αὐτοῦ, τῆ μη εἶναι λατρευομένη τῆ Ἀστάρωθ.

isse ovem. R. D. Kimchi. 1. Sam. XXXI. 10. Item
Jud. II. 13. Et quod vox אַשְׁתָּרוֹת Astharoth lin-
guâ originali significet gregem ovium. (1) Præterea

Bb 2

Luna

(1) Hebræorum Magistri fingunt sub imagine ovis *Astartem* esse cultam, sed nugæ esse graves Auctores perhibent. Putant alii ita dici in Plurali *Astharoth*, à *multitudine ovium*, quæ in ipsius honorem mactatæ sint. Verùm Cl. *Seldenus* demonstrat illud vocabulum deduci ab אֲשֵׁרָתָא *Lucus*, quod ea Dea culta sit in *lucis* & quidem in variis locis, tam in Syria, quam in Europa, veluti dicitur *Diana Nemorensis*, *Arduenna*, *Dea Abunea*; unde à pluralitate locorum nomen plurale nata est. *Astartem* Syriæ Deam celeberrimam in toto terrarum orbe fuisse constat. Creditur ergo à quibusdam fuisse *Venus mammata*, quæ & *alma* dicitur, & gestasse caput taurinum, ex quo cornuti ignes exiverint; ab aliis *Juno*; ab aliis *Europa Agenoris Phœnicum Regis filia*, quam *Jupiter* in taurum mutatus rapuit; sed & hæc *Europa* videtur mihi notasse *Venerem*; nam patet omnes egregiæ formæ scēminas ab Antiquis pro *Veneribus* habitas. Nam unde aliàs tot *Veneres*? *Venus Cytherea*, *Erycina*, *Venus Genitrix*, *Ἀφροδίτη*, *Paphia*, *Alma*, *Verticordia*, *Biformis*, *Barbata*, *Armata* &c. quemadmodum varii *Vulcani*, *Joves*, & *Junones* fuerunt. Deorum nomina sæpe commixta sunt, sic & *Dearum*; adeo ut, sicut *Jupiter*, *Saturnus*, *Titan*, &c. pro uno eodemque Sole sumuntur, sic *Venus*, *Juno*, *Dagon*, *Isis*, *Hecate*, *Lucina*, *Proserpina*, *Diana*, *Atergatis*, *Astarte*, *Derecto*, communis *Venus* sit seu Dea, denotetque *Lunam*, nisi quod diversis in locis diversis nominibus, diversitatem effectuum denotantibus, culta sit. Non tantum autem ita *Dearum* nomina commixta sunt, sed sæpè *Dii Dearum*, *Deæ Deorum* nominibus insigniuntur, sic ὁ Βαάλ dicitur ἡ Βάαλ Rom. XI. 4. uti *Lunus* & *Luna*, *Venus Barbata*, Ἀφροδίτη; cui *Deæ* in *Attide* Insula viri cum veste muliebri, & mulieres cum virili, sacrificium fecerunt. Huc facit

Luna æquè potest vocari *Ammonia*, ac *Sol Ammon*, utroque nomen suum ab אֱמֹן calor ducente; unde & illa idola, de quibus legimus *Lev. XXVI. 30. Esa. XVII. 8. XXVII. 9.* vocantur אֱמֹנִים , quia erant idola posita in tectis ædium, & quasi in *Sole* apricabantur. *R. Salom. in Lev. XXVI. 30.* Insuper quemadmodum *Jupiter Ammon* effingebatur *cornibus*:

Stat corniger illis Jupiter, Lucan. l. 9. vers. 514. Ita etiam Luna.

Syderum Regina bicornis audi.

Luna puellas. Horat. Epod. carm. seculari.

VI. Cur

cit simulacrum Germanorum antiquorum *Veneris*, quam vocârunt *die Srea* oder *Frigga* (unde dictus est *Freytag* & *Frau*) quæque superiori corpore ut miles mas vestita erat, inferiori ut *scœmina*. Hujus autem $\mu\epsilon\tau\epsilon\mu\omicron\sigma\phi\acute{\omega}\sigma\iota\omega\varsigma$ rationem hanc esse puto. Quum Idololatræ suis Diis asservissent corpus, omnes simul ejus concupiscentias, quas in se deprehenderunt, iis quoque esse concluderunt. Hinc Diis uxores copulârunt; quas cum *uxoris* deas non posse esse eernerent, nisi in æquali cum Diis statuerentur sorte & non subjctæ maritis, Deas subinde Deos, Deosque Deas vocârunt. Redeamus ad *Astartem*; ea ergo fuit *Alma Venus Asiatica*, quam & coluerunt *Afri* & *Europæi*; (vid. *Cic. lib. 3. de nat. Deor.*) quamque *Gothi* antiqui *Astergydia* & *Astargod* nominârunt. Hic notandum, quòd quidam putant, *Syrorum* vocem *Astharoth* hinc derivari, quia *Astargod* sit origine Gothicum vocabulum & compositum ex *Astar* / quod significat *die Liebe* & *God* *Gott*; ut hodie *Astargod* sonet *die Liebes-Göttin*.

VI. Cur autem ita Sol & Luna (†*) effigiati sint, variæ rationes adduci possunt, quas inter tres præcipuæ sunt. Prima Soli propria est, duæ posteriores Soli & Lune communes. 1. Sol effigiatur cornibus arietinis, quia Astrologis aries in Zodiaco anni initium est. Pier. Hierogl. l. 10. 2. Quia sicuti robur animalium cornigerorum in cornibus latet, sic vis & influxus Solis & Lune corporibus sublunaribus infunduntur radiis ipsorum. 3. Quia Solis Luneque radii cornutum quasi ejaculantur splendorem.

VII. Cùm Moses descenderet è monte Sinai, Aaron & omnes filii Israel viderunt כִּי קָרַן עוֹר פָּנָיו quòd radiaret cutis vultûs ipsius. Exod. XXXIV, 29. 30. Latini legunt, Facies ejus erat cornuta. Hinc Moses pingitur cornutus; nam Hebraicum קָרַן (unde *regis* & *cornu* excreverunt) significat in modum cornuum

B b 3

nuum

(†*) Quare קָרַן tùm cornu, tùm splendorem notet, dignum est, ut inquiramus. [1] Cornua, ubi lævigantur, aut limpidissimo oleo replentur, (quod antiquis solemne erat, unde קָרַן הַשֶּׁמֶן cornu olei) coruscare videntur. [2] Et ut robur animalium est in cornibus, quibus impetunt adversos, ita vis est in splendore, cùm radiantium luminarium cælestium, tùm angelorum & glorificatorum hominum. Fugiunt & horrent istam vim Diaboli & improbi. [3] Forsan & à refractione radiorum, quæ eos in cornua vertit, commune nomen est. Latinis Corusco est à קָרַן, legentibus fortè קָרַן, Tsain pro Nun. Hinc Reges & à potentia, & à coruscatione, & ab unctio-
ne, dicuntur cornua. Dan. VIII, 3. &c.

num splendorem radiosque emittere. Errori autem isti
viam stravit ambiguitas vocis קרן, quæ & splen-
dorem & cornu notat; sic ut ipsorum Rabbinorum
quidam splendorem Mosis exposuerint per קרני
קרח cornua magnificentiæ. R. Salom.

VIII. Luna adorabatur quoque sub nomine
(2) *Dianæ*, quæ, licet per totam Asiam cole-
retur,

(2) Cicero lib. ult. de nat. Deor. plures *Dianas* fuisse scri-
bit. Sic dicta est *Diana Pergæa* à Perga Pamphiliæ oppido,
in quo templum habuit insigne; item *Diana Taurica*, quia
in regione Taurica templo & victimis humanis culta. *Amm.*
Marc. l. 22. Ovid. de Pont. l. 3. Eleg. 2. Hinc *Lucanus lib. 1.*
quoque canit:

Et quibus immitis placatur sanguine divo
Teutates, horrensque feris altaribus Hesus,
Et Taranis Scythicæ non mitior ara Dianæ.

Diana autem Ephesina fuit Jovis & Latonæ filia, uno parto
cum Apolline edita; vocaturque aliàs Nothiluca, Lucina,
Juno, Proserpina, Hecate, Dictynna, ratione variorum
effectuum Lunæ. Colebatur præcipuè propterea, quia
eum fratre suo Apolline seu Sole terram fecundare & agri-
culturæ præesse credebatur. Hieronymus in Ep. ad Eph.
ait: Erat Ephesi templum Dianæ & ejusdem in ipso Multimam-
mia, id est, multarum mammarum effigies, quæ cultores ejus de-
cepti putabant eam omnium viventium nutricem. Scil. habe-
batur pro Patrona parturientium & agricolarum, uberibus
suis genus humanum sustentans; hinc inventi sunt nummi
inscripti, Diana Polymammia: proptereaque in ejus & Apol-
linis honorem habitum est festum, quod vocarunt Παιγνήσια &
Παλῦσιος, quo in ollis coctæ sunt primitiæ frugum, & factus
est panis Παλῦσιος seu Παιγνήσιος; quæ ceremoniâ mihi videtur
Satanas imitari voluisse חֶמֶת הַבְּכֹרִים panem pri-
mitiarum, seu munus novum. Lev. XXIII. 15. 20.

retur; majori tamen in honore & pretio apud Ephesios fuit. Hinc illa vox Μεγάλη ἡ Ἀρτεμις Ἐφεσίων, *Magna est Diana Ephesiorum.* Act. XIX. 28. *Macrobius Saturn. l. 1. cap. 15.* Illius magnificentiæ testis exstat partim templum Ephesi exstructum, quod *Plin. l. 36. cap. 14.* ait factum ducentis viginti annis à tota Asia, quos annos tamen bonus vir ad quadringentos extendit *lib. 16. cap. 40.* partim quæstus magnus, qui præbebatur fabris, τῷ ποιεῖν ναὺς ἀργυρεῖς *faciendo delubra argentea.*

IX. Multùm digladiantur Interpretes, quid fuerint hæc *delubra argentea*? Sunt qui putant fuisse *ediculas, cistulas*, quæ ob exiguitatem circumferri potuerint, formâ suâ templum *Dianæ* redentes, & intra se simulacrum *Dianæ* continentes; quo sensu *ναῖδικα* aliquando usurpantur pro ejusmodi *capsulis*, quibus *custodiebantur idola.* (3)

Bb 4

Alii

(3) Verisimile est illos *ναὺς ἀργυρεῖς* fuisse tales *capsulas*, quibus secum homines idololatræ *Dearum Deorumque simulacra* circumtulere; quemadmodum Pontificii suas *crucis* aut alias *imagunculas* sæpè *cistulis* recondunt. Quapropter quædam *Exemplaria N. T. Græca* post verba, ποιεῖν ναὺς ἀργυρεῖς, *faciens delubra argentea* Act. XIX. 24. addunt, ἴσως σκιώεω μικρῆ, *quasi capsulas parvas.* Sic quidam *Alexandri Magni* figuram, quem inter *Deos* numerabant, gestabant ubivis, persuasi se ab eo adjutum iri. Sic quoque *Asclepiades Philosophus* apud *Amm. Marc. lib. 22.* legitur, *Deæ cœlestis argenteum breve figmentum, quocumque ibat, secum solitus afferre.* Non autem credibile est ipsos hæc *idola nuda* in *loculis* reposuisse. Vereri enim ipsos oportebat, ne, si illas *imagunculas* adeo crudè tractarent, & continuo *loculorum motu* *nares* & *os* illarum *atteri* *paterentur*, ab *iisdem ultionem* *parisque re-lationem* expectare cogerentur.

Alii existimant, aliquam monetam dictam fuisse *Diane* templum, ab illius templi simulacro, huic monetæ aut insculpto aut impresso. Veluti in Anglia quædam monetæ argenteæ vocantur *Georgius*, quædam *Angelus*, quædam *Carduus*, ab impressa figura.

X. Similis mos monetas appellandi ab impresso aut insculpto signo, usitatus quoque fuit Antiquis; hæc ratione Atheniensium nummos quosdam, *boves*; alios, *κότες puellas*; quosdam Corinthiorum, *κώλεις pullos*; quosdam Peloponnesiorum, *χελώνες testudines*; quosdam Romanorum, *naves* vocabant. Imò usitatissimus fuit nummus, cui impressum erat templum *Diane*, his additis Capitalibus literis: DIAN. EPHE. *Th. Beza* meminit in suis ad *Acta* annotationibus, se duos eorum vidisse.

XI. Legimus quoque & alium adhuc idololatricum cultum, *Lunæ* præstitum; ubi viri se obtulerunt in habitu muliebri, & mulieres in habitu virili, quòd credebant, *Lunam* & *marem* & *sceminam* esse, unde illa apud Autores tam *Lunus* dicitur quàm *Luna*. (*) Et *Venus*, quam *Philocorus* ait

(*) Superius nota [1] rationem diximus, cur ambigentes circa Deum Gentes, utrumque genus Diis & Deabus tribuerint. Sunt qui, quum putent Solem quoque *Reginam cæli* appellari, observant, $\Psi\eta\psi$ Solem aliquando generis sceminini æque ac masculini esse; & contra $\Pi\eta\eta$ *Lunam* semper masculino genere venire, atque hanc rationem

ait Lunam esse, æquè dicitur *Deus Venus*, ac *Dea Venus*. *Macrob. Saturn. l. 3. cap. 8.* Non absimilem idololatriam in cultu *Veneris* prodidit *Julius Firmicus de errore prof. Relig. cap. 4.* Quidam censuerunt Deum respexisse hoc idololatriæ genus *Deut. XXII. 5.* Ubi viris interdicitur gestare vestimenta muliebria, & contrà, *Maimon. in more Nebochim part. 3. cap. 38.* Verùm in genere & cum majori fundamento creditur ibidem vetari promiscuus vestium usus, quo distinctio generis tollitur.

CAP. VII.

*De aliis Diis, qui referuntur
in S. Scriptura.*

I. **E**Xistimo, quod *Sol* & *Luna*, magna cœli luminaria, præcipua fuerint idola, quæ coluere Gentes. Nihilominus cœca ipsorum devotio cæteros quoque planetas divinitate donavit; imo minorum luminarium grex, qui in S. Scriptura vocatur *Militia cœli*, & *exercitus*, & cujus singularis natura, proprietates, & influxus non adeo seorsim noscuntur, ipsorum ἀποθεώσεως mactus est.

Bb 5

II. Simili

tionem esse putant, cur *Lunus* & *Luna* dicatur. Sed Hæc ratio, quum Grammatica sit, minimi æstimanda est. Potius crediderim, Gentes facile conjecisse, Deum generis neutrius, generis communis, & generis omnis, homines verò præprimis ἀντὶ γένος esse.